



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 15. Congregatio in domo Patriarchæ in unionis negotio habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1439.

§. XV.

*Congregatio in domo Patriarchæ
pro unionis negotio habita.*

Conc. Gener.
to 13. p 467.
§ 474.

Imperator causæ finem omnibus modis exoptans, transactis Paschalibus festis in domo Patriarchæ conventum egit huic quoque interveniebat Cardinalis Julianus, qui Græcos inducere conatus est, ut hætenus intermissas suas disputationes denuo repeterent. Ast Imperator huic Cardinalis consilio acquiescere nolens, ipse summum Pontificem adiit, & ex ejusdem consensu utrinque decem Doctores nominari petiit, qui conventus suos seorsim celebrarent, & quilibet eorum alterno ordine suam sententiam diceret, quodnam tandem opportunius consequendæ unionis medium videretur.

§. XVI.

Alii conventus ad conciliandam utraque partem habiti.

Ergo Bessarion in primo colloquio proposuit, Epistolam S. Maximi, quam Latini in sensu Græcis minus accepto interpretabantur, tam a Græcis, quam a Latinis absque omni explicatione omnino acceptandam esse. Postea Marcus Ephesinus, additionem Symbolo factam penitus